Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26050
Copyright: Admont, Benediktinerstift



160

bat diabolus. Si filius dei est mittat te deorsum. Et
crucifigunt latrones non tanquam inimici sed latronum.
participes enim erant sceleris eorum. ut infamarent
dominum suum. quasi non sine causa crucifixissent. sed quasi
facinorosus sit inuentus. Non tacuit ysaias propheta huius
narrationem dicens. Obiniquitate populi ductus est ad mortem. et
cum iniquis deputatus est. hoc est cum latronibus. Quibus ideo xpm
sociauerunt. ut macularent dominum passionem. Et aut scias
quia non oderunt latrones. audi pilatum dicentem. Quem uultis
dimittam uobis. Ihm. an barraban. Qui propter homi
cidium in uinculis tenebatur. Et illi dixerunt. Dimitte
nobis barraban. Latrones petierunt latronem. dominum cruci
fixerunt non uirtute sua uincentes. sed dispensationis et
prophetie implebat uoluntas. Dicit illis pilatus. Regem uestrum crucifigam. At illi dicebant. Non habemus
regem. nisi cesarem. Abnuerunt dei regnum. et ad temporalem regnum ro
manorum. quia quod habebant non intellexerunt. et ideo quod
petierunt acceperunt. Coronauerunt spinis crucifixum.
obtulerunt illi fel et acetum. Et hec ipsa futura olim
predixerat moyses. dicens. Generatio prua et exasperans
hec domino retribuis. Et quod dederat manna in deserto. huic
tu fel offers. Et quod delicias de terra promisit. tu illi spi
neam imponis coronam. Ideo clamat esaias propheta
dicens. Sustinui ut faceret uuas. fecit autem spinas.
Dicunt iudei. Sanguis eius super nos et super filios nostros.
illis ad eternam perditionem. nobis autem ad iustificationem. Sanguis xpi illis ad mortem. nobis autem ad uita
tem. Non est enim sanguis xpi deterior babynio igni.